

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber chronicarum

Schedel, Hartmann

Augsburg : Schönsperger, 1497

Quinta etas mundi

[urn:nbn:de:bsz:31-51361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51361)

Quinta etas mundi

perium Constantini imparatoris per annos circiter centum octuaginta In loco resurrectionis simulacrum Iouis in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentilibus posita est. colebatur. Estimantibus persecutionibus auctoribus q̄ tollerent nobis fidem resurrectionis et crucis si loca sancta p̄ ydola polluisent. Maiores deinde nostri gloriosissimam ciuitatem diu possessam tandem amiserunt. Karolus enim magnus multo sudore primo vibem illam vendicauit. deinde perditam recuperauit. Gothebridus. Ad quam retinendam etiam Conradus cesar. Ludouicusq; rex francorum non dubitauerunt coactis exercitibus in Asiam proficisci. At cum nostri principes postea desidia sese dederunt neq; hierosolim a nec Antiochia in potestate nostra remansere. heu pudor huius dolor fons et origo nostre salutis defecit. et plura illud Salomonis fama clarum. in quo dominus totiens predicauit. Bethlem in qua natus est Caluariam in quo crucifixus. Ipsi us crucis possident inimici. Sepulchrum domini gloriosum in quo propter nos obdormiuit in domino saraceni in potestate habent. Et nisi velint christiani inuisere non possunt. Et ipsam dei diuinitatis ciuitatem officinasq; nostre redemptionis. quam deus noster miraculis illustrauit et proprio sanguine dedicauit. In qua prime resurrectionis flores apparuerunt Machometi Satellitos concalcant. Et ea vis nunc scelerate gentis imperio patet.

Quinta seculi etas hic incipit. et ortus habuit a captiuitate Iudeorum in babiloniam duratq; vsq; ad Christi Jesu domini nostri natiuitatem per annos cccc. xc. q̄. uis in hac supputatione aliqui aliter sentiant. vnde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno. vt Eusebius ponit. tunc septuaginta captiuitatis annos in secundum Darij annum terminabunt. Iosephus et diuus Hieronimus a decimotertio Josie regis vsq; ad tertium Nonnulli ab vltimo regis Joachim anno computant vsq; ad vltimum Cyri annum. At sane sentiendo septuaginta illi anni qui in tertio vel vltimo Cyri anno terminantur. proprie captiuitatis iudaice anni dicuntur Illi ve-

ro qui in secundo Darij terminantur proprie complete transmirationis sunt. Et hec principalior et precipua sacre scripture era habetur. que scilicet facta est anno ab exordio mundi. 4610. A diluuiio autem. 2369. A natiuitate autem Abrahæ Millesimoquadringentesimo vicesimo septimo. Ac vigesimo octauo regni Tarquini romanoꝝ regis. Regnantibus etiam apud medos asyage. astiage. apud Medos asyage. apud Macedones Europe. apud q; lydos alyacte. et apud egiptos vaphie. et apud. Caldeos nabuchodonosor primus.

Captiuitas igitur hebreoꝝ que fuit exterminium populi hierusalem hic incipit. Et per annos. septuaginta. perdurat. Cum enim populus Israel iam multis temporibus ydolis seruicido. etiam effusionem sanguinis innocentis se grauiter impiasset. volens enim deus generationem huius populi deperire. septuaginta annorum captiuitatem tandem populum in regno caldeorum statuit sustinere. Hac ratione vt completo annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hierusalem perueniret.

Quest reditam populi israel de babilde isti duo pre fuerunt scilicet Ihesus summus pontifex tanq; reges et Zorobabel tanq; dur q̄ modus vsq; ad herodem seruatus est. Vt videlicet summi sacerdotes tenerent primatum. duces vero essent substituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta prophetiam Jacob. Non auferetur sceptrum de iuda et dur de seniore eius. Hi cum innumera multitudine iudeoꝝ uenerunt in hierusalem ad reponendum templum congregantes vniuersam prouinciam construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat et dies tabernaculoꝝ celebrant. cepit autem renouare templum. sed paulo post defunctus est.

Linea pontificum
Ihesus



Quinta etas mundi Solium

Leix



Joachim

Iste Salatiel (anno mundi. 4634) fuit filius Iechonie regis itide quem genuit post transmigrationem Babilonis. vt euangelista Mattheus dicit. **I**ste Joachim sacerdos fuit filius Iesu pontificis magni qui secundum Iosephum nominatus est Iosedech. Sub quo Sorobabel prophetantibus et adiuantibus Aggeo et Zacharia templum et ciuitatem reponit. Edificato autem templo pascha cum innumerabilibus locustis celebrato ad eroranda vibem eam adiecit.



Aggeus propheta

Iste Sorobabel (anno mundi. 4659.) iuxta imperium domini fundauit templum. sed longe post apud iudeos maximo in precio habitus est a Cyro rege princeps populi designatus. primum ex chaldaea iudeos ad propriam prouinciam reducere cepit et templum reedificare concedente Cyro incepit.



Malachias pph.

De illo Abiud (anno mundi. 4709.) et sequentibus vsq; ad Ioseph nihil habetur in scripturis nisi quod a Mattheo numerantur. et ideo nec tempus eorum debite sciri potest. Vixit quod ab iud genuit Eliachim. qui aior. qui sadoch re. vt Matheus in principio euangelij factus est.



Sibilla helescia

Aggeus propheta in numero duodecim prophetarum undecimus his temporibus libium sive prophetie scripsit. In quo reuersionem populi et templi edificationem conscribit. ac renouationis ciuitatis. nec non et sacerdotalem obseruationem comprehendit. Completo denique templo statim obiit. Et iuxta sacerdotum sepulchra sepultus est.



Euilmerodach

Malachias propheta hoc tempore clams habent et sic dicens id est angelus propter optimam vitam Aiumt q; ore eodem iterabat.

Hellepontina in agro troyano nata vetula et antiqua veste rurali induta ligata velo antiquo capite sub gula circumuoluto vsq; ad scapulas quasi despecto habitu ita dicit. De excelsis celorum habitaculo prosperit humiles suos. et nascitur in diebus nouissimis de virgine hebraea cum amabilis terre.

Iste nabuchodonosor filius nabuchodonosor magni fuit tertius chaldeorum rex. decimo octauo captiuitatis anno patri in regnum succedens regnavit annis decem. Vir quidam prestantissimi animi et ingentis potentie qui paternis regalibus multa supaddidit multaq; magnalia peregit.

Iste Euilmerodach frater nabuchodonosor precedentis quartus chaldeorum rex magni Nabuchodonosor regis filius. Anno vicesimo octauo captiuitatis iudaice fratre predicto sine liberis defuncto regnum suscipiens regnavit annis decem et octo. Soluit Joachim de carcere et magnificauit eum. genuit autem tres filios.




Linea Chusti Salatiel



Sorobabel



Abiud



Linea regum babilonie Nabuchodonosor

Quinta etas mundi



Sargon



Sennacherib



Belshazzar

Sargonius tullius sextus... ex nono iudaice captiuitatis anno regnū suscipiens regnauit annis. trigintaquatuor. quibus matre serua creatō. nec obscuritas inhibuit quin gubernacula vrbis intrasit. Nam eximiam indolam vror tarquinij Tanaquil liberaliter educarat et eius industria regnū adeptus. primus censum in vrbe instituit. Et res colles. scz quirinalem viminalem et exquilias vrbis adiecit eamqz augere fossisqz ac muro circumdedit. tandem a tarquinio superbo genero suo filie sue impulsu occisus est.

Tarquinus puisci Tarquinij regis filius et Tullij seruij gener. Cui superbo facto cognomen indiderunt. Anno quarto et quadiagesimo iudaice captiuitatis mortuo socero suo rege romanorum rex factus regnavit annis. xxxv. hic regnum auitū quod a Seruio tenebat rape maluit qz expectare. q̄ suscepto regno mor primores ciuitatis quos rebus soceri seruij fauisse putabat vna cum tarquinio sororis sue filio interfici iussit. et pleraqz per tyrannidem gessit. tandiu superbiam regis populus romanus perpessus est donec aberat libido hac et liberis eius importunitate tolerare non potuit. Quoru cum alter ornate sine femine lucrecie stuprum intulisset. matrona dedecus ferro expiauit Imperij tamen regibus abrogatum. tandem em regno expulsus a postea interfecus est.

Belshazzar emmerodoch regis filius caldeo um r et post partem regnare cepit. Et regnavit annis decem et septem. Cuius regni anno primo Daniel propheta quartam visionem vidit. Is demum captus est. et ciuitas a Cyro persarum rege aduersus fortissime dimicante traditus est et funditus eversa. et adeo ut nullum tante vrbis remanserit vestigium. Sed ea mque modo stat Cambyfes cyri filius alio in loco condidit.

Linea regum romanorum



Servius tullius



Tarquinus

Babilon



Babilon illa magna capitur et auferitur eius potestas. Hec prima et maxima ciuitas totius orbis dicitur. et q̄ eam humano opere extrui vel humanis viribus destrui potuisse pene incredibile videbatur. Que destrucō facta est per Dariū et Cyrum primos reges monarchie persarum.

Quia circa hec tempora ut dicit orosius. Vix ad magnam partem diei tendi visa est. et sarea grando scilicet veri lapides ascenderunt de nubibus.

Hic incipiunt ebdomode Danielis secundum Bedam de quibus inter doctores est grandis altercatio.

Quinta etas mundi Solium Ixx

Linea pontificum
Elizaphat



Joiade vs Judas



Johes filius Jude



Hieremias



Ezechiel



Exemplo domini in modum castri sexto regno dary ano pfecto Joachim pontifex cum sacerdotibus cum tubis et ornatu soleni laudaverunt deum.

Templū salomonis pficitur anno septimo dary regis persarum.

See Elizaphat hebreorum summus pontifex successio Joachim patri in pontificatu ut dicit eusebius. sedit annis. 32. vir tanto honore dignus qui sua prudentia ab Artaxerxe persarum rege absolutione a vectigalibus et tributis pro ministris templi obtinuit. potestatem quoque amovendi iudices.

Eliachim anno mundi. 4759.

Judas quartus summus sacerdos tempore Mardochai. Luter Susis persarum urbe misit epistolas de observatione dierum phurym. Constat enim hunc multe doctrine et sanctitatis fuisse virum. multis tamen seditionibus agitatam.

Johannes inde pontificis filius quintus hebreorum pontifex habuit fratrem qui dicebatur Jesus qui aspirabat ad pontificatum. confidens de familiaritate Vagosi prefeci trans flumen. Cum autem super hoc altericaretur cum Jesu in templo adeo incitavit fratrem ut eum occideret. Ideo Vagosus omnia ornamenta templi sustulit.

Zoro anno mundi 4809.

Desto Sadoch (Anno mundi. 4859.) etiam nihil habetur nisi quod ponit Matthei primo ceteris in generatione christi.

See Hieremias ultimo prophetavit in egipto Cumque periclitata populi increpasset lapidatus est ab eis apud tephnas Et eo loco lapidibus fuit obrutus sepultus ubi olim pharaon rex habitauerat.

Ezechiel propheta hic post multa gloriosa gesta cum quosdam reprobos argueret exacerbati ipsum equo distraxerunt per crepidines saxorum atque ererebrauerunt. et in sepulchro Sem filij Noe et arpharat eius filio sepultus.

Zacharias et Agge anno. ij. Dary increpaverunt populum propter negligentiam eorum et edificandam domum domini et sollicitabat Sorobabel ut loqueretur super hoc regi et annuiteret et accessus est cor populi ut edificaret templum. Tandem post multa bona opera completo templo. et ipse obiit. Et iuxta aggeum prophetam sepultus fuit.

Lucretia Veretia matrona romana omnium romanorum mulierum pudicissima formaque et elegancia clarissima cuius collatum a sexto Tarquinio Tarquinij superbi filio pro vim stuprata senectutem interfecit. Tarquinio igitur expulsio romanorum reges deiecit. Cum ibidem regnatus fuisset sub regibus septem. annis. 240.

Linea christi
Templū salomōis



Eliachim



Zoro



Sadoch




Zacharias



Quinta etas mundi
De edificatione templi

Gloriosa ac magnifica illūstres viri de templo eiusq; fūdamento ac edificatione scripserūt p̄cipue diuin⁹ ppheta Ezechiel in. xlv. año trāsinigratōis. Qui ē añ⁹. xxxij. regnū Nabuchodonosor in exordio añi. x. die Cū man⁹ dñi facta ē sup cū. adduce⁹ ē a spū in terrā isrl̄ sup montē excelsus. Vbi ostēdit ei edificationē ciuitatis ⁊ tēpli Et cū hec visio obscurissima sit nec apta legētib⁹ de ciuitate mirabili i mōte cū tēplo edificata sibi in spū oñsa. Quāob̄re p̄ pauca d̄ forma tēpli p̄ figuras subiūgere placuit. Quāq; certi doctores solū de spūali edificatio. scz t̄pō ac ecclia intelligāt. Victor tñ de materiali edificatione maifestauit. qd̄ veteres hebrei ezechiel in visione imaginaria ostensum fuisse aiūt. Et in iam prescripta reedificatione post reditū de babilonia per Zorobabel ⁊ Neemias fuisse impletum. Licet ceteri aduersa ponant. moderniores tamen hebrei per Messiam regnaturum cum magna potentia id futurum expectant. Figuras igitur templi per picturā talis edificij cum pauca scriptura videamus.


Prima figura edificij tēpli oñsa ezechiel sup mōte Secūda figura ad facilius capiendū



Sequentes dñe figure ornatum portarū representant.

Quinta etas mundi Solium lxxi

Ocidentis



Oriens



Figura posterioris partis edificij templi secundum fundamentales Ezechiel xlj



Aspectus altitudinis templi porte orientalis et appendentium circa ipsum. Ezechielis xj

Aspectus edificij aglonans secundum latitudinem et longitudinem suam Ezechiel xlj. Et simile edificium debet imaginari futurum esse pre anstro. h templi p j

Ezechiel diuinus propheta Cum tras migratio babilonis a Joachim rege iuda vt premissum est incepit et ipse cum mardocheo transintrauit. postea sedechias annis. xj. regnavit. in quo anno destructa est ciuitas et templum. Inde decimo quarto anno post destructionem Ezechiel hac visionem prophetica[m] vidit. Templum aut vt in figuris cerni potest multas mansiones habebat. sicuti ciuitas muri eius erat propugnacula ad modum ciuitatis. mons in qua erat templum aliquantulum dimissus erat. In parte australi magis q[ua]m aquilonari. Angelus autem stans in porta muri exterioris locu[s] est ac mensurabat certis mensuris que maiores erant q[ua]m in ceteris rebus communibus. Totu[m] igitur templi edificiu[m] in spacio quadrato situm erat. Cuius vnum latus directe ad orientem positu[m] oppositum ad occidentem. Alia duo ad aquilonem et meridiem. In quo spacio triplex murus. Exterior. medius. interior. Spaciu[m] contentu[m] inter medium et interiorum dicebatur atrium exterius. Reliquum spaciu[m] inter muru[m] medium et anteriorem. locus vulgi appellabatur Gentilis enim ad orandum ob deuotione[m] templum accesserunt. Totum vero quadratum partim in summitate montis in plano erat. partim in montis pendulo. que gibbositas spacij cum in plano figurari non potuit imaginacionem suppleri debet. Ad horum intelligentiam posita est prima figura

In orientali deinde parte muri exterioris in medio eius quedam erat apertura decem cubito[rum] latitudinis in qua erat porta. Simili modo in secundo muro et tertio directe se respicientes. In latere deniq[ue] murorum aquilonari et australi due porte consimiles erant vt secunda figura ostendit.

Habebat autem hec porta orientalis gradus ob decliuitatem montis. vt a loco vulgi a sensus per septem gradus ad portam foret. Vestibulum quoq[ue] habuit spaciu[m] ante aperturam medij muri q[ua]ntu[m] cubito[rum] in latum ab oriente in occidentem Et quindecim in longum ab aquilone in austrum. Erat et porticus edificiu[m] situm super aperturam muri medij. et ex parte interiori ipsius muri transiens ultra mediu[m] per octo cubitos inter atrium exterius. Et a terra vsq[ue] ad summitatem huius porticus cubiti. quinq[ue]

ginta sunt. **E**t iuxta postes hostij sunt due turres. quarum altitudo sexaginta cubito[rum] sicuti in portis castrorum. Frontes dicte ad decorem porte. Ac in summitatibus turrum pomelli. et rami palmarum celiti. etiam iuxta turres sex thalami pro portarijs appeditia dicta. Ad horum intelligentiam posite sunt due figure (post primam et secundam) sequentes. Quarum prima sita[m] porte porticus et vestibuli frontium et thalamos secundum lineas fundamentales representat. Altera figura altitudinem porte porticus et frontium a parte orientali ostendit. **P**orticus autem edificiu[m] supra portam in atrio duas habet mansiones superiorem et inferiorem et fenestras obliquas. Ultra autem portam secundi muri inter medium et tertium pavementum stratum sub diuo scilicet pavementa erat. **T**riginta quoq[ue] gazophilatia in circuitu pavementi. ad latus australe decem. que occupant centum cubitos. et quatuor ex vna parte atrij exterioris et quatuor ex alia parte eiusdem porte que cum ipsa occupant centum cubitos. Duo vero residua gazophilatia ponuntur iuxta thalamos porte orientalis atrij interioris vnum in parte vna reliquum in altera que cum ipsis et cuius thalamis occupant centum cubitos per modum inferius figuratum. Et ad maiorem distinctionem a thalamis gazophilatia tubi coloris sunt. Porte autem aquilonaris et australis similes sunt porte orientali. Similis ferme descriptio portarum et vestibulorum medij et interioris muri extat. **O**stium vero in frontibus portarum diuersarum erat. et ibi holocaustu[m] lavabant. scilicet carnes cremendas in altare holocaustorum ac mensae que immolationi deserviebant pro peccato et delicto. Due item parietes existentes ex vtraq[ue] parte ostij et ante illas in porticus erant due columne. altera hinc. alia inde vt in templo Salomonis regis fuit. Longitudo vero parietum templi centum cubito[rum] extat. Altitudo vero centum viginti. et latitudo intra muros viginti cubitos continet. Duo parietes duodecim cubito[rum] prominentia pilariorum ultra parietes hic et inde decem cubito[rum] latitudo appenditorum octo cubito[rum]. paries claudens appenditia hinc et inde decem cubito[rum] et latitudo loci orationis similiter decem cubito[rum]. Cui numeri simul iuncti faciunt septuaginta iuxta ezechielem. Intrinsicis deinde sanctorum sanctorum ponebatur quod iuxta

us templum. ut in tabernaculo Moysi interi-
 us tabernaculum dicebatur. Paries vero non
 multum altus nec sustinens aliud pondus di-
 uidebat sanctum et sanctum sanctorum. Cuius
 longitudo erat viginti cubitorum. Adiuncta
 fuerunt latera sine appendicia lateribus tem-
 pli exterius adherentia in latere occidentali set
 in latere aquilonari quod est multo longius.
 triginta. Et similiter in australi quod est equa-
 lis longitudinis. in orientali non sunt ponenda
 cum ibi templi ingressus pateat. ¶ Pila-
 rij tandem amicti fuerunt prominentes extra
 parietes. ut sit in arduis edificijs ad ipsa forti-
 ficanda. In accidentali parte tres pilarij. duo
 in extremitate vnius in medio. et prominebat
 quinq; cubitis. et hec prominentia pilariorum
 in tribus locis perforatur vno super alium at-
 q; in hys foraminib; trabes figuntur ad por-
 tandam tria tabulata. ita disposita ut piumi
 distat a terra per sex cubitos. et ita reliqua ab il-
 lo. Sicq; ascendunt iuxta murum templi de-
 cem et octo cubitos. Inferior autem mansio te-
 pli vsq; ad piumum tabulatum set cenaculus
 ponenda est triginta cubitorum ut in templo
 Salomonis. ut paries templi ad recipiendum
 lumen per fenestras sine obstaculo per decem
 cubitos maneat. ¶ Circa duo vero alia la-
 tera templi scilicet Aquilonare et australe duo
 edificia ponuntur a muris templi per vigin-
 ti cubitos distantia. et quodlibet centum cubi-
 torum longitudinis. et quinquaginta latitudi-
 nis. ¶ Ad ea intelligenda posita sunt tres fi-
 gure folij precedentis. Prima representat secu-
 dum lineas totius edificij posteriorem partes
 Secunda altitudinem templi ostendit et ap-
 penditorum circa ipsum. Tertia altitudinem
 edificij aquilonaris et similiter australis que
 similia sunt. ¶ Altare autem holocaustorum
 ex partibus compositum fuit. Prima pars iux-
 ta terram dicebatur sinus siue fundamentum
 et eleuatur super terram cubitum vnum. Se-
 cunda crepido minor et restringitur et edificij
 per cubitum vnam et ascendit per duos cubi-
 tos. Tertia crepido maior iterum restringitur
 et eleuatur sursum per quattuor. Quarta arie
 vocatur simili em modo per quattuor ascen-
 dit. ut altitudo altaris a terra sit vndecim cu-
 bitorum. ¶ Neque egrediebantur de templo p


modum fonticali scaturientis de limine sancti
 sanctorum et inde per templum transibant de-
 clinando parumper ad latus dextrum et inde
 ad porticam templi et postea ad atrium interi-
 us ab occidente in orientes. Aliqui has aquas
 ante egressum de atrio interiori diuiserunt in
 quattuor riuulos. ut post egressum de porta
 orientali exterioris muri in vnum conueniant
 ceteri id refutant. ¶ Et sic completa sunt ad e-
 dificationem et dispositionem templi pertinencia.
 Figura laudabilis nunc sequitur simul to-
 tum edificium representans quod per partes
 superius est figuratum et secundum lineas fu-
 damentales cuncta ostentat.



p 4

Quinta etas mundi

Occidens



Muri exterioris aedificij huius in quolibet latere quingentos cubitos
 longitudo aedificij aequilonaris latere intelligenda est in longitudine latitudo in sua proportione quae huius
 Muri interioris aedificij huius in quolibet latere est cubitos

Appendicia aedificij occidentalis

latitudo latitudinis
 partes posterioris aedificij austerale
 partes anterioris aedificij austerale
 latitudo latitudinis
 partes posterioris aedificij aequilonaris
 partes anterioris aedificij aequilonaris

latitudo austerale
 aedificij exterioris
 portae
 portae interioris
 portae exterioris
 latitudo aequilonaris
 aedificij exterioris
 portae exterioris
 latitudo austerale

latitudo orientale
 portae exterioris
 latitudo aequilonaris

Occidens



Veronam pulchra & preclaram vene-
cie vibē alipibus finitimam. Quam
Aethesis fluvius dividit. Auctor est ex
trogo pompeio iustinus gallos qui vibem ro-
mā ceperunt & pariter Mediolanū. bitriam &
bergomū edificasse. Licet alij sicardi Cremon-
ensis epi sententia inherentes. post troye exci-
dii constructā asserunt. Nec tamē minus cir-
git q̄. dividit veronam. Aethesis ut custodie si-
mul ornamentoq; & subuehendis reuehendiq;
mercib; & frugib; magno sit vsui veronensib;
quando quidem supra infraq; & circū ager est
p̄pue bonitatis multa gignēs in vibē conue-
henda. olei vim maximā. frumenta incolis in
mercaturā sup̄abundantiā. vinorum varicta-
tem atq; prestantiā. pomoz ois generis copiā
Et lanam ceteras ytalie subtilitate superantes
de qua subtilissimi efficiuntur panni. Lane p̄-
stantiam greges & armenta a pastionis pro-
prietate accipiunt. Quam prata campi q; pro-
spectu quoq; amenissimi naturaliter prestant
Quā tñ mons altissimus orbi sup̄eminēs bal-
bus nomine. & eandem herbis suis ingenitam
& multo maiore virtute prestat. q̄ herbilogi vi-
diq; confluentes multa herbarum radicumq;
genera animatiū saluti opitulantiā inde legāt
diuerse etiā p̄ agrum veronensem scaturiente
aque non minus ornamento a natura q̄ vsui

tribute. Hec ciuitas ita romanis principibus
grata extitit ut in ea amphiteatru romano mo-
re nō nullaq; alia cōstructa sint edificia. Ibiq;
deinde a Gortis longobardisq; regib;. nec nō
& ab alijs principibus dom; excelsa alta pala-
tia pulcherima tēpla. inerpugnabiles arces &
castella fuerūt p̄structa. Vnoq; prestantia vno
extollit argumēto. Theodatus ostrogothoz rex
terti;. quū sciret in veronēsi agro ēē vinū sicut
cassiodor; appellat accinati odoris saporisq;
suauissimi. illud romā natib;. Aethesi in sup̄ū
mare delapsis cōportari curauit. Vbis huius
gesta sub vario fuerūt euent. Aetila em̄ Gorto-
rū rex cā euertit & incēdit. Alboin; p̄m; longo-
bardoz rex ibidē Rosimūde vxois insidijs oc-
cisus fuit. Ibi Rudolph; impator berengari-
um impatorē sup̄auit & occidit. Nobilissima
scaligeoz familia & ipa veronēsis tyrānidē oc-
cupauit. & p. 70. ānos cū maxio splendore vero-
nediata est. Tandē ea vibis in venetoz man;
deuenit. s; tā solidiora verone sicut & ceteris vi-
bib; ornamēta viros ois etatis p̄stātes attinga-
mus. Zenoq; sicut religionē xpianā & suū p̄p̄is
debet scitāte p̄m; erit q̄ verōe p̄sul. mlca scrip-
sit extātia sacras vtriusq; testamti lēas decla-
rātia. Emiliū marcū veronēsez poetā. Eusebi;
in asia obiisse asserit. paulopost catull; poeta
subinde vterq; Plinius. genuit & Charinū oia
p̄ iij

Quinta

torum ornatissimum et alios.

Regni perlarum prin- cipium.

Cyrus primus rex perlarum potentissimus hoc anno. qui est trigessimus captivitas iudaeae annus. Et quinquagesima quinta Olympias. persis regnum et imperium instituens. regnavit annis triginta. hic Astiagis medorum regis ex Madana filia nepos fuit. Qui ut herodotus et iustinus tradunt astiagem devicit. Et regnum eius in persas transiit. Domitiusque multis civitatibus rebellantibus adversus Balthasar regem Chaldaeorum et babiloniorum regem bellum intulit. atque eum devicit. quo devicto eius regiam babiloniam superbissimam urbem statim subvertit. Postmodum adversus Balthasar caldeorum et babiloniorum regem bellum intulit atque eum devicit. quo devicto eius regiam babiloniam superbissimam urbem statim subvertit. Postmodum adversus cersum lydorum regem. qui babilonijs auxilium tulerat profectus est. Quam sine ullo negotio fudit et cepit. ablatiisque ei omnibus sui regni rebus vicam miseram ducere coegit. Cuius Cyrus asiam totumque orientem in suam redegit potestatem. scythias etiam bello adortus est. quibus cum Tamiris regina preerat. ac primo quidem proelio cum cyrus regine filium omnemque eius obtruncasset exercitum. haud multo post et ipse ab regina compositis in montibus insidijs cum omni exercitu deletus est. Nam tamiris cum audisset suorum cedem et filij unici mortem non feminino more se dedit in lacrimas. sed cum residuo exercitu in montibus simulata diffidentia propter acceptum vulnus cum insidijs refugit. Ac Cyrum ad montium acumina angustias perduravit. ibidemque eum cum ducentis milibus obruncari fecit. Ita ut ne vnius quidem tante cladi superfuisset. Quibus gestis Tamiris statim inter cadavera corpus. Cyri exquiri mandavit. Cui coepse auferri caput et in vtraque sanguine suorum plenum immitti precepit ut quasi superbo regi dignum exhibuisset tumulum dicit. Sume cyre sanguinem quem semper sitiisti. eius tamen truncum in pasargadas vias delatum in hortis sepelierunt. In cuius tumu-



etas

mundi

lo tale epigramma fertur fuisse inscriptum. O homo ego Cyrus sum asie rex. qui persis imperium constitui.

Persia autem asie maioris regio est. quae a persio Acrisij argiuorum regis nepote nomen accepit. In qua persipolim ipsius regionis caput condidit. Quam postea greci regis concrematis vastaverunt hec itaque resilo Caramanis bactriano ac medis contermina est. Et in multos dividitur sinus Quam. O. Curcius libro quarto de gestis Alexandri magni optime describit. Ipsa quippe montuosa pariter est. Et propter estum ac ventos fructuum inops esse perhibetur. in ipsa tamen celeberrime vires esse referuntur. praesertim ipsa Persipolis et pasargadas ac plurae aliae quae sunt in Sabijs superioribus partibus eiusdem regionis. Inter persiam autem et Susam quae ab Arpharat medorum rege magnis structuris edificata fuerat. Quaedam montana praerupta interiacebant. quae postea cambises regis filius suo adiecit imperio. eius autem imperium et si aliquando permaximum fuerit. postea tamen a Macedonibus parthisque diminutum et dilaceratum fuit. Perse autem a Nemboch gygante primum edocti. pro deo Solem et ignem coluerunt. et Lunc minerarum sacrificaverunt. sed nunc relictis idolis illi Mahumeteam legem sequuntur. Persica autem poma ut plinius libro quindecimo ab hac aetate feruntur. Illustratur adhuc persipolis regio seu civitas beatissimi Georgij martiris triumpho.

Anaximander



Anaximander philosophus et medicus celeberrimus primo milesij et taletis auditor ac in eius scola successor. his temporibus (ut Eusebio placet) floruit. Qui cum primo celestia docuisset. etiam primus horostopia fabricavit ac maris et terre circuitum primus describit. necnon et materialem speram construxit. Et propterea Plinius libro secundo eum peritissimum astrologum dicit. Obijt denique sexagesimo quarto vite sue anno. Sive et alius Anaximander milesius hystoricus non ignobilis de quo laertius scribit.

Quinta etas mundi Solium lxxiij

Anaximenes



Anaximander hic habuit discipulum. et quidem clarissimum. Qui principium aerem dixit et infinitum moueri sidera non supra terram sed circa seipsam. Obijt vero (vt Laercius ait) ea die qua et Sardis capta fuit.

Esdra



Esdras vir sanctus atq; doctissimus velut alter Moyses in populo venerandus habitus est. Hic primum de Babilone cum ceteris venit. sed iterum paterna sollicitudine motus redijt vt plures lucrifaceret. et secum adduceret. tempore autem isto legem ceterosq; libros sanctos reparauit. quos combusserant calcedei. scripsit testamentum omni relinquit. nouos et faciliores apices inuenit. que in spiritu sancto feliciter peracta. venit iterum hierusalem cum multitudine magna regalibus priuilegijs vt doceret populum. Obijt in senectute veneranda sepultus ibidem.

Neemias




Iste Darius fuit consobrinnus Astyagis qui dedit ei regnum. Ambo autem victi sunt a Cyro qui fuit rex primus persarum. et transtulit monarchias ad persas. Babilonem vicit. Balthasar interfecit. Danielem magnificauit. Israhel remisit in iudeam vt templum reedificaret victus tamen benignus. Cyro prouidit. Astyagi regnum hircanorum et Dario medorum concessit.

Mardocheus



Neemias fuit pincerna Artaxerxis regis persarum missus ab eo vt instauraret murum hierusalem edificauit eam in angustia temporis. Hic fuit vir benignissimus ac deuotione precipuus. qui cum opus domini expleisset miraculose ignem sanctum reperiunt et murum dedicauerunt. Rediens ad regem iterum reuersus est hierusalem et mortuus est. ibiq; sepultus iuxta murum quem edificauit.

Mardocheus



Cambyses filius Cyri secundus persarum rex sexagesimo captiuitatis anno regnum accipiens regnavit annis octo. qui ab Aegidia artaxerxes. vel assuerus nominatur in libro Iudith. Nabuchodonosor a patre vocatur. Hic interdixit ne hierusalem et templum reedificaretur. Is enim imperium suscipiens militari gloria atq; iusticia cum quadam crudelitate mixta in suos desaxens patres superauit. Ethiopes subegit. et multas prouincias suo adiecit imperio. pleraq; tamen bella per Sologanem gessit. postea in Egyptum accedens cuius amicos vastauit fines. et ibidem Babilonem condidit aliam De Cambese valerius in sermo refert. qd iudicis male iudicantis pellem detraxi fecisset. Selle iudiciarie vbi filium suum iudicem constituerat apponi precepit.

Mardocheus



Iste Mardocheus vir sanctus clarus habetur in toto regno persarum. tempore sue exultationis fuit ducentis nonaginta quinque annorum secundum computationem latinorum.

Smerdis tertius persarum rex octavo et sexagesimo iudaice captiuitatis anno Cambise in syria mortuo sine liberis. regnum regnavit mensibus septem. patietes que Cambises rebus suis preerat fratrem suum.

Monarchia regis persarum

Darius



Cyrus



Cambises



Smerdis



Smerdis

Quinta etas mundi

rem suū noīe ⁊ facie similitū regē declaravit. ⁊ priorē occiderat. ppter quā fraudē datū histā
psis filiū p̄festū p̄ratōe facta alterum Smerdim ⁊ eius fratrem Patizerem trucidavit. Et ip
se post triduum persarum rex constitutus est.

Holofernes princeps militie Nabuch Cābisis mltas terras dño Judith holofernes
subiugavit. ⁊ tandē venit ad bethuliā. ⁊ ibi a iudith muliere ita si
itur in cubiculo papillonis sui ⁊ oīs ei⁹ exercit⁹ fugatus. **E** fuit
autē Judith vidua mulier p̄stantissimi animi ⁊ incredibilis aspect⁹ ⁊ postq̄
holofernem principē obruncasset. tāto in p̄cio habita est apud indeos ut cū
ctis dieb⁹ vite sue oibus indeis p̄ferreret. ⁊ triūphali laude p̄petuisq̄ p̄conijs
celebrabat. Et cum centū ⁊ quinq; annos compleisset moriens apud virū in
betulio cum ingenti lūctu ⁊ pompa sepelitur.



Babilonia noua conditur a Cambise in egipto.

Linea Cōsulū romano
rum
Brutus
Tarquinius Collatin⁹



Valerius publica Po
stumus



Largus dictator



Decem tribuni



Ano. cc. viiij. ab urbe condita exactis regib⁹
Romani loco eorū p̄sulos instituerūt q̄ āntia
exerceret impia ne tractu ip̄is erigerent in su
pbia. Quorū p̄cipui hic ānotant⁹ ex quib⁹ p̄imi duo
habuerūt bellū cū posemia rege etruscorū. **S**unt⁹ ho
duos filios habuit q̄ ratiocare volebāt regē q̄s virgis
cesos secari p̄cessit. Collatio sublata ē dignitas. q̄ ne
nomē Tarquini in urbe esset.

Sibilla Cumana



Sibylla Cumana que fuit tempore tarquini
pisci vestita aurea veste. librum apertum ⁊
altum in manū gestans ⁊ librum in sinistra
habens super genū capite disco operto dicit sic. **M**a
gnus ab integro seculorum nascitur ordo enī iam red
dit et virgo rediunt saturna regna. Jam noua pro
genies celo dimittitur alto. Tu modo nascanti puero
quo ferrea primam. Desinet ac toto surget gens au
rea mūdo. Casta faue lucina tu⁹ iam regnat appollo

Manli⁹ torq̄tus



Esti duo videlicet. Valerius publicola ⁊ Po
stumus vicerunt sabinos ⁊ de eis triumphā
rum q̄s. ⁊ Valerius fataliter mortuus paup.

Popilia virgo



Ano urbis condite vigintequinq; Romani
bello sabinorum consternati creant dictato
rem. cuius auctoritas ⁊ potentia consules p̄e
erit ⁊ q̄s nomen officij dignioris

Teste. T. manilius Lelij manilij filius. bellum
cum Gallis inchoauit. percussq; Gallo qui
eum ad singulare certamen prouocauit. tor
quē autē eā de collo ei⁹ tulit suoq; iposuit. Vñ dice⁹ est
torq̄tus ⁊ toeq̄ti cognomē suis posteris obtinuit.

Galli Senones gens natura ferorū
moribus incōdita. ob hoc ipsa cor
porū mole ac armis ingentibus ab eo omni gene
re terribilis fuit. ut plane nata ad hominū interitum vrbū stra
gem videretur. deinde totā urbem igne ferro manib⁹ erequāt
sex mensibus Barbari. ⁊ Manilius nocte subeantes clangore

Panseris excitatus a summa rupe deiecit.
Opilia virgo vestalis ob crimen stupri vira desossa est.

Quinta etas mundi Solium Ixxv

Marcius Gneus
Maulius

Tempore illorū
duorū fuit bel-
lum vegetius
in quo tot ceciderunt de
victoribus Romanis
quot de victis.

Dictature dignitatis
institutio



Largus dictator

Nono post exactos
reges anno ut euse-
bius habet) roma
nona dignitas scilicet dicta-
tura creata est et equitū ma-
gister. qui dictatori in oib⁹
obsequeret et largū als lerci-
um dictatore pūmū et Spi-
cassū magistrū equitū scri-
bit. Institutus est itaq; dic-
tator ut auctoritate et potē-
tia contra hostes p̄sules pre-
cederet. Et maxime q; por-
semia clusij rex (ea civitas
thusta erat) armis tarqui-
num superbū reducere co-
nat⁹ esset. quod ne fieret dic-
tator obstitit. Deq; pace cō-
fecta in amicitiam ppli ro-
mani possemia summis re-
ceptus honoribus. Quinci-
us ancianatus p̄stantissi-
mus postea dictator am-
agriculture opā daret. a se-
natu rogatus. pulvere ac su-
dore absterso. dictature di-
gnitatem inuitus suscepit.
Is nedum romanos obses-
sos sed hostium q; exercitū
supatum cum innumerabi-
li preda romā pdurit. Sic
expeditione finita rediit ad
bonos. victoriāq; quasi se-
aram tenens



Cassius



Quincius



Valerius



Sub isto valerio cōsule
Scines exules fertiq; fugi-
tini inuasere capitolū et incenderūt. Et tam-
atrox fuit bellum. q; ipse cōsul fuit occisus. pu-
blicola quoq; romanus patricius cui publicus
valerius p̄prium nomē ante fuerat. Et ipse p̄
hoc temp⁹ expulsis Tarquinis vna cum bruto
in locū collatini cōsul est subuectus de quo su-
pra. Is cōmissa pugna in quo bruto occubuit
ipse de tarquinij exercitu quindecim milia. et
trecentos viros interfecit qua victoria pūm⁹ ex

consulibus incurru inuect⁹ triumphante que
res pulcherrimum spectaculum plebi sine vl-
la inuidia prebuit. fuit autem magne iusticie et
equitatis vir.

Arcis

Arcis astrologus et
poeta clarissim⁹ cū
eudoro ut ait Au-
gu. vniversū se numer⁹ stel-
larū cōprehendisse et scripsis-
se iactauit. q; (inqt Aug⁹.)
illa p̄tēnit auctoritas q; dicit
ad Abrahā. Aspice stellas et
numera eas si potes Gen.
rv. Quō em̄ dūm̄erari p̄nt cū non oēs p̄nt vi-
deri. Cū astrologie nō ignatus eēt. De astrolo-
gia lib⁹ scripsit elegāntissimū dicēte Cicero de li.
i. de oratore Cōstat in̄ doctos hoies ignar⁹ a-
strologie ornatissimis atq; op̄is vsib⁹ Arcis
de celo stellisq; dirisse et conscripsisse.



Marcius Curcius

Obis vasto hiatu hor-
ribili appuit et vini hois
sepulcrā iterp̄atib⁹ au-
ruspicib⁹ expetebat Ro-
me ei (ut luv⁹ ait) sine in-
terēptu seu alia aliq; vi-
forū ferme specu vasto
collapsū i inēfaz se ape-
ruit altitudinē quā vo-
raginē nullo videbat pos-



se oppleri materia. Tū mare⁹ curci⁹ eqs roma-
n⁹ bello egregi⁹ eo audito tēplo deoz q; foro il-
li iminebat intrēs. Et q; maxime ornat⁹ isidēs
zelo p̄tie armat⁹ se i hyatū misit. q; mortuo sta-

Esopus

Esopus adelph⁹ poeta
fabulator clarissim⁹. clatus
it tpe Cyri regis psax. fuit
at grec⁹ de citate attica vir
igēiosus et prudēs. q; p̄finitie
fabulas elegātes q; romu-
lus postmodū d greco tras-
tulit i latinū et filio suo tiber-



tio direrit. In qb⁹ docet qd obfuarē dnt hoies
et vt vitā hoim ondit et mores iducit aues. ar-
bores bestiasq; loq̄ntes p̄ pbada vita cuiusli-
bet fabula q; q; diligēte ispererit inēiet ioca. lo-
ca oposita q; et risū miscēt et igēiū acuat. h p̄io
āno Cyri regis psax ferē fuisse pēpt⁹. Nouissi-
me eas fabulas oēs vna cum ip̄ius Esopi vita
Ximmius quidam eruditus vir. ad Antoni-
um tituli sancti Crisogoni cardinales latinas
acurati ssime fecit.

Quinta

Decem virorum Rome electio



Dodecimo Artaxerxis regni anno, tricentesimo, et altero ab urbe condita. C. menenio et P. servilio capitolino consulibus Romanis placuit quod consulare imperium cessaret, et eius loco decem viri deligerentur, per quas sine provocacione omnis regeretur civitas. lata eius magistratus tepora (ut Linius ait) nimium luxuriare incipiens cibus eius res lapsa est. Quia post annum eracti sunt od facinora Appij claudij

Leges duodecim tabularum

Romani cum hucusque legem non haberent magnaque inter tribunos et consules de legislatore orta est disceptatio, terdecimo regni Artaxerxis anno legatos athenas miserunt. Qui non solum ab atheniensibus Solonis leges obtinerent, verum etiam ex alijs grecie civitatibus mores institutaue Romani perferrent. Ac sic ab eisdem legibus traditis scilicet decem tabularum, Romani postea duas addiderunt. Unde et postmodum illa decem tabularum famosissima emanavit, ut habet, ff. de ori. iudi. l. ij. et distinctio. vij. capitulo secundo. Ordinataque erat in duodecim tabulis tota iusticia.

Tribuni et ediles Rome creati

Quarta seditionem bonorum cupiditate excitavit, ut plebi quoque magistratus crearentur. Sabius ambustus duarum pater. Alteram supplicio patricij sanguinis dederat, alteram plebeio. Tribuni igitur plebis, xvj. regni artaxerxis anno rome creati sunt. Quod quidem tribunatus officium et si magistratus dignitatem non haberet, maxi-

etas

mi tamen momenti in republica fuit.

Veturia romana



Veturia Coriolani patricij romani mater per hoc tempus iam senex laudabili opere annos suos in viriditate traxit perpetuam, quia filium suum qui infestissime urbem obsidebat, quem legatorum maiestas et pontificum reverentia nequiverant ipsa ab ira retraxerat durissima, et eius propositum vertit in bonum. Nam relinquens obsidionem civitatem liberam dimisit. Ob cuius mulieris beneficiu, ne civitas ingratitude argueretur ex senatusconsulto ad perpetuam rei memoriam eo in loco quo hec veturia filij iram molivit templum et ara fortune constructa sunt insuper cum nullusque in id tempus vel modicus a viris mulieribus prestaretur honor, sancitum est ut mulieribus homines semper assurgere et in via eis cederent quod unusquisque apud nobis servatur. Et quod eis liceret uti auro et purpura veste, aureisque fibulis et armillis nec immerito cum suis precibus steterit romana libertas.

Monarchia regis persarum Darius histapsis



Darius histapsis septuagesimo captivitatis persis regnare cepit. Is cum alijs sex nobilibus Smerdim et paticerem magnum eius fratrem trucidavit. Conventum de regno persarum Caius equus sequenti die in ortu solis hymnitum ante regiam prius emitteret ille, persarum rex habetur Darius Oeberis stabularij sui solertia effectit, ut ante omnes hymnitum equus eius primo daret, quo facto, euestigio rex creatus est Regno suscepto Atofam abysis filiam duxit uxorem. Et qua preter Xersem etiam alios genuit filios. Dedit potestatem zoroabel ut indeos in hierusalem reducere posset et vasa reddi iussit, et pro edificatione templi viginti argenti talenta per singulos annos indeos darent. Ideo templum edificarunt. Verum antequam e vita discederet egiptus ab eo discedit.

mundi

Partial view of the adjacent page showing text and illustrations.



Xerxes datus ex Atosa fili-
lius quintus persarum
rex Centesimo quarto iuda
ice captivitatibus anno. Per-
sis regnare cepit. Et regna-
vit annis viginti. Is volun-
tatis paterne colendi deum
israhel. heres apparuit. Ju-
deis liberaliter utens. Et dre
sacerdoti amicissimus cru-
delitatis et senicie paterne successor. Recepta e-
gipto que a patre defecerat eum univere asie
potiretur. innumerabili exercitu grece bellam
intulit. Athenas incedit. et infinitas strages de-
dit. Tandem leonide. Spareanorum ducis soler-
tia duobus acceptis vulneribus fugiens. qui p-
us mate nambus straverat. in piscatoria sca-
pha vit trepidus aufugit. Et non multa post
ab Artabano eius prefecto spe regni potiundi
interfectus est.



Artabanus
Artabans septus
persarum rex per-
sis regnare incipi-
ens. regnavit mensibus sep-
tem. Qui pro anno com-
putantur. hic perse rege tru-
cidato. cum essent ei duo fi-
lij nomine Darus et Arta-
verses. Junioem in maio-
ris necem sollicitavit. Affir-
mans illam proprium obruncasse patrem.
Vagabundus autem huius sceleris conscius. Ar-
tata se filio rem postea prodedit omnem. Is
convocans omnes armatos. numerum milleu
recensurus. ubi Artabanus inter eos asitisset.
Artaveres se brentorem simulat habere locica
qz deceret inbes secum commutare. Quo nuda-
to euestigio cum septem filijs eum trassodi in-
sit. atqz ita Artaveres egregius iuvenis cedes
patris. necemqz fratris et seipsum ab insidijs
Artaveres vindicavit.




Artaveres septim⁹
persarum rex regna-
vit annis quadra-
ginta. hic omnium homi-
num pulcherrimus fuit sed
tanta ei erat brachiorum lo-
gicudo ut genua continge-
ret. et propterea longima-
nus dicitur est. Qui tributa

persis primus instituit. eo qz maximam imp-
sam auri atqz argenti in edificijs constituisse.
ubi tributa et que erigebat recondere posset ad
bene rei demonstrare monumentum. Et ai pa-
cis auctor et conservator haberetur. Idcirco ab
omnibus amari promeruit. Et dias quoqz sa-
cerdos et dei propheta clarissimus elegantis
memorie eius imperium infigne reddidit. Ne-
anias quoqz eius et Daris pincerna fuit.

Democritus abde-
rides phlosoph
us per hoc tem-
pus floruit. is primo quos-
dam magos caldeos audi-
ens. adhuc puer theologiaz
ac Astrologiam peroptime
didicit. deinde ut Geometri-
am perciperet in persidem
et ad mare perrexit. postqz
etiam ad cognoscendas res
divinas in Caldeam athe-
nasqz se transtulit. ubi a nullo cognitus. ipse
Socratem cognovit. Tandem doctissimus in
patriam reversus. patrios agros et innumera-
biles opes reipublice sue concessit. Satius di-
cens eum paupertate studiorum libertate leta-
ri. qz opum servili cura verari. Nam in hortu
lo suo iuxta vrbis muros ad contemplandas
rerum naturas se contraxit. ubi et nature secre-
ta subtilius rimari posset (Sicut Cicero in li-
bro quinto tusculis. questionum refert) Car-
los sibi ipsi effudit ut vegetiores cogitationes
haberet. Aut ne videret bene esse civibus ma-
lis. vixit autem annis centum et novem. Et ei⁹
sententijs hanc optimam habemus. Conveni-
entius est ut parcitatem in tuo semes qz lorum
in alieno. parcitas enim necessitatis remedijs e



Heraclitus philosophus
asiaticus cognomento.
Scotinus hoc tpe in precio
fuit Cui libri obscuro fuisse
ut a phis vir intelligerent.
vñ et ppter eoz obscuritate
heraclit⁹ dicit⁹ fuit tenebro-
sus Cui ai in vltia vite a di-
scipulis quereretur. ut no-
tabile qd in mentis pferret. Tñhil vidit. si digi-
tū voluēs significabat oia inferiora in primo
motu eē. hic (ut Macrobi⁹ refert) dixit aiaz eē
scintillam stellaris essentie.



Heraclitus philosophus
asiaticus cognomento.
Scotinus hoc tpe in precio
fuit Cui libri obscuro fuisse
ut a phis vir intelligerent.
vñ et ppter eoz obscuritate
heraclit⁹ dicit⁹ fuit tenebro-
sus Cui ai in vltia vite a di-
scipulis quereretur. ut no-
tabile qd in mentis pferret. Tñhil vidit. si digi-
tū voluēs significabat oia inferiora in primo
motu eē. hic (ut Macrobi⁹ refert) dixit aiaz eē
scintillam stellaris essentie.



Quinta etas mundi

Themistodes



Themistodes atheniensis pilosus, et naturalis et belli clarissimus ac sapientissimus dux his temporibus, tam scientia quam rei militaris gloria inclitus et clarus habitus est. Cuius consilio parata est victoria in matrimonio prelio superato perse ab atheniensibus. Cuius adhuc puerulus esset, natura prudens, erimia semper cogitabat. Cum a disciplinis percipiendis animum laxare licebat, non ludis aut inartie sed componendis orationibus sese dedit. Glorieque cupiditate incensus cupiens sibi vrbis principatus vendicare, cum eum quidam consulere de filia, antea daret pauperi sed ornato, aut locupleti probato uxorem. Malo inquit virum pecunia quam pecuniam viro indigentem.

Aristides



Aristidem philosophum atheniensem virum utique discretum per hec tempora floruisse. Cicero in tertio de officiis tradit. Erat autem cum omnis virtutis, tum iusticie in his que ad communitatem referantur utilitatem, ex quibus iusti nomen affectus est. huic plato tantum tribuit ut pre ceteris clarissimis qui athenis claruerunt cum solum laude dignum censuerit, ferunt hunc ita inopem mortuum fuisse, ut suo sumptu essent ad tantulum nequiverit.

Anaxagoras



Anaxagoras philosophus etiam hac etate in Clazomeneasie oppido inclitus fuit. Qui cum dives admodum esset studendi desiderio ductus patrimonium omne suum concessit, et in longinquas partes secessit. Post multa vero tempora reversus cum suas possessiones desertas vidisset ait, non essem ego saluus nisi isti perisissent. Cuidam dicenti, Nonne tibi patrie cura vlla est, respondit, mihi patrie cura est, et summa quidem atque ita dicens, digitum celum versus extendit.

Interrogatus ad quid factus fuisset. Ad contemplandum inquit solem et lunam et celum. Hic audita morte filij illi qui nunciaverat ait, nihil novi nuncias. Ego enim et me natum sciebam esse mortalem. Cumque annis septuaginta duos virisset ab atheniensibus in carcere positus, et potu veneno interijt quia solem lapidem ignitum dicebat, quem illi pro deo colebant.

Empedocles



